Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancta Eufemia

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

se mercia. vel hereditas. quia ipse ii. habuit se-
nam mercatum gratie et martirii mercatam
patrum. quia hereditatem celestium gaudiorum.
¶ Cornelius papa successor sancti Fabiani a
Decio cesare cum suis clericis in exilio re-
legatus. ibique a sancto Cypriano cartaginen-
se episcopo litteras confortatorias accepit. tandem de
exilio reductus Decio presentatur. Et dum
immobilis permaneret iussit eum Decius plum-
batis cedi. precepitque ut ad templum mar-
tis duceretur ut ibi aut sacrificaret
aut sententiam capitalem subiret. Cum ergo illuc
duceretur miles quidam rogavit ut ad do-
mum suam diverteret et pro uxore sua Sa-
lustia que per v. annos paralitica iacebat
oraret. Que cum ad eius orationem sana-
ta esset. xx. viri militis cum ipsa et u-
xore sua domino crediderunt. Quos omnes iube-
te Decio ad templum martis deducti
etiam illud expuentes cum sancto Corneli-
o martirizati sunt. Passus est autem circa
annos domini cc.liii. ¶ Cyprianus est car-
taginensis episcopus in eadem civitate par-
theno proconsuli presentatur. Qui cum
ad fidem nullatenus convertari posset
exilium mittitur. indeque revocatus a-
galio proconsule qui paterno successerat
sententiam capitalem accepit. Qua sententia
lata dixit Cyprianus deo gratias. Cum autem
ad locum cum speculatore venisset pre-
pit suis ut eidem speculatori pro mercede
xlv. aureos darent. accipiensque lin-
theum manu sua oculos texit. et sic
coronam suscepit circa annos domini cc.
lvi.

De sancta eufemia

Eufemia dicitur ab eu quod est bonum
et femina. id est utilis honesta et
delectabilis. Per hoc triplicia in dici-
bus. ¶ Fuit enim utilis aliis per conversati-
onem. ¶ honesta scilicet per morum compositionem.
¶ delectabilis deo per celestem contemplationem
vel eufemia dicitur quasi suavis sonoritas.
Suavis autem sonus fit tribus modis scilicet
voce ut in cantu. pulsu ut in cythe-
ra. flatu ut in organo. ¶ Sic beata eu-
femia fecit deo dulcem sonum cum voce pre-
dicationis. ¶ cum pulsu bone operationis.
¶ et cum flatu devotionis. ¶ Eufemia
filia senatoris videns xianos ipse dyo-
cletiani cum diversis suppliciis lania-
ri ad presidem iudicem perrexit et xpm pu-
blice confitens ex suo constantia etiam vi-
rorum animos confortabat. Cum igitur iu-
dex xianos successive occideret quos
presentes esse iubebat ut saltem territi im-
molarent deos conspicientes tam crudeliter la-
niari videntes. Cum ergo coram eufemia sanctos
crudeliter detruncarent. ipsa eorum con-
stantia amplius provocata. iniuriam
iudicem se pati clamabat. Tunc iu-
dex gavisus est putans eam velle sa-
crificare consentire. Ut cum ab ea quereret quam
iniuriam faceret requisivit. illa ait. Cum
sim genere nobilis tu autem ignotos et
advenas ante posuisti et potius eos
ad xpm pergere et ad promissam glo-
riam pervenire. Cui iudex. Putabam te
ad mentem redisse et gaudebam de tue
nobilitatis vel sermone invisse.
¶ Reclusa ergo in carcere et sequenti die
coniunctis manibus sine vinculis ad-
ducta iterum gravissime vinculis ad-
ducta iterum gravissime est conquesta cur
contra leges imperatorum se soli vinculis
parceretur. Tunc alapis durissime
ceditur et in carcere reducitur. Quam iudex
secutus cohabitationem opprimere voluit
sed viriliter reluctante manum eius vir-
tus divina contraxit. Tunc putans se incan-
tatum prepositum domus sue ad eam duxit

ut illa p̄ inutiles si eam tangere consentiret.
Sꝫ ille carcerē clausum n̄ clauib; aperire
potuit nec securib; frangere donec a de-
mone arreptus clamans se ipsum dila
niās uix euasit. Deinde educta posita est
rotā cui᷑ radii carbonib; pleni erant
et artifex in media rota tale signum cum
tib; dedit ut cum sonum faceret simul
traherent et sic exeuntes igne rotes
corpus uirginis dissiparent. Sꝫ nutu dei fer
ramentū q̄ rota regebatur de manu eius
decidens sonum fecit et continuo illi trahentes
rotā artificē combusserunt et eufemiam
stantem sup̄ rotā illesam seruauit. Tunc
parentes artificis lamentantes suppoī
to igne ipsam cū rota comburere uo
luerunt. Sꝫ rota combusta eufemia ab an
gelo soluta in quodā loco excelso inco
lumis stare conspicitur. Appellianus iu
dici ait: uirtus xp̄ianorū n̄ n̄i in ferro
uincitur. Vn̄ consulo ut eā facias de
collari. Erectis igitur scalis cū quidam
ad eā capiendā manū mittere uellet
mox totus paralisi solutus uix sē
semiuiuus eductus est. Alius autem nom̄
ne sosthenes ascendens continuo mutatur
ab ea ueniā petiit et euaginato ad
iudicem clamauit q̄d se ipsum libentius
occideret q̄ eā quā angeli defendebant
contingeret. Denique iudex eductā uidere eā
cellario suo dixit ut ad eā omnes pe
culantes iuuenes conuocaret qui tam
diu eā illuderent donec fatigata defi
ceret. Sꝫ ille ad eā ingrediens et multas
uirgines splendidissimas cum ea oran
tes uidens monitis eius penitus xp̄ianus
effectus est. Preses uero per capillos uirgi
nē suspendit. Sꝫ inmobilem perseuerantem ma
nentem sie ligato cibo incarcerari et recludi
fecit ut vii. die mitteret in magno

lapides sic oliua constringeretur. Illa uero
cottidie ab angelo sociata. Die vii. dis
man lapides durissimos posita est ad
eius orationem ipsi lapides in tenuissimum puluerem
sunt redacti. Vn̄ preses ap̄ illa se
uictum erubescens eā in foueā p̄ia misit.
Vbi tres tante inmanitatis bestie erant
q̄ totum hominem deglutirent. Quam statim
blandiendo ad uirginem concurrentes et
iunctis ad inuicem caudis ei quasi cathe
dram ad sedendum prebentes iudicem
hoc uidentem ꝯfusum.
¶ Vehementi confudere.
Vn̄ cum preses pre angustia moreretur
unus lictor ut deo suam iniuriā
uindicaret gladium infixit latus suum fecit
et xp̄i martyr fecit. Quē iudex pro mercede
ueste serica induit et torque aurea
circumdedit. Sꝫ egrediens a leone arri
pitur et ab eo penitus deuoratur. Vn̄ sui
cum diutius perquirerent uix paucā
eius ossa cum ueste lacera et torque aurea
reperierunt. Preses quoque iudex se
ipsum commedens mortuus est inuentus.
Scā autem eufemia in calcedonia cum ho
nore sepulta est ubi eius omnes iudei et
gentiles calcedonie in xp̄m crediderunt.
Passa est circa annos domini cc. lxxx. ¶
Ambrosius de uirgine in prefatione sic ait. Virgo
alma triumphatrix eufemia uir
ginitatis retinens infulam passionis
meruit uestiri corona cuius precibus inimi
cus hostis euincitur. Preses aduersarius fu
tur a fornacis igne ut sospes erupit
duri lapides in puluerem conuertuntur
fere mansuescunt totaque subiciuntur
atque omnia penarum supplicia eius oratio
ne superantur. Nouissime gladii mu
crone confossa carnea uincula claustris
celesti choro iungitur. Leta hec sacra
uirgo est domino commendata ecclesiam tuā confide hec pub

patribus interpellat. hec et uocata nunc
ut uirgo uernula et pater. De sancto Lamperto. De nomine

Lampertus nobilis genere, sed nobilior sanctitate, in tenera et primeua etate sue litteris eruditus, adeo propter sui sanctitatem ab omnibus amabatur ut post Theodardum magistrum suum Traiectensis ecclesie in episcopum eligi meruit. Promotus quem Childericus rex plurimum diligebat et pre omnibus episcopis sibi carum habebat. Sed crescente ut uidetur malitia sue cum eum impii expellentes honore debito priuauit, Faramundum in eius cathedram statuunt. At Lampertus monasterium ingressus per vii annos ibidem conuersatus optime est. Quadam uero nocte ad orationem surgens inprouidenter per ignorantiam sonum fecit, quod audiens abbas dixit: Quis est qui hunc sonum fecit, statim uadat ad crucem. Tunc Lampertus uero nudis pedibus in cilicio ad crucem cucurrit ibique tam diu in niue et glacie fixus stetit donec fratribus post matutinas se calefacientibus abbas eum deesse cognosceret et audiens a quodam fratre quod ille esset qui ad crucem missus est, eum introduci fecit et ab eo cum monachis ueniam postulauit. Ille uero non solum clementer indulsit sed de bono patientie eis sublimiter predicauit. Post vii annos Faramundus expulsus est et sanctus Lampertus iubente Pipino ad sedem propriam est reductus. Cum autem sic prius uerbo et exemplo polleret, insurgentes in eum duo maligni eum contumeliis impetere ceperunt quos amici pontificis sic ut iuste occiderunt. Eo tempore Lampertus Pipinum de quadam increpat quam tenebat plurimum increpauit. Dodo autem quidam consanguineus eorum qui occisi fuerant et frater ipsius meretricis, domesticus aule regie, congregato exercitu domum episcopi obsedit uolens necem occisorum in sanctum uindicare Lampertum. At cum puer Lampertum morte posito nunciauit, ille contra uersus in duo ut eos expugnaret inuadens arripuit. Deinde ad se rediens gladium deponit, putans melius uindicari ut persistendo et moriendo uinceret quam ut sacratas manus de impiorum sanguine macularet. Tunc uero dei seruos admonuit ut peccata sua confiterentur et mortem patienter sustinerent. Statimque impii irruentes sanctum Lampertum in oratione prostratum peremerunt, circa annos domini dcc.xx. Discedentibus quidam eius famulis cum a deuertentibus corpus eius occulte ad cathedralem ecclesiam nauigio perduxerunt. Et cum ueteri ciuitatis ecclesia sepulture dederunt.

De sancto matheo. De nomine

Matheus binomius extitit, scilicet Matheus et Leui. Matheus interpretatur donum festinationis. Vel quasi magnus donator. Vel dicitur Matheus a magnus et theos quod est deus quasi dei magnus. Vel a manus et theos quasi manus dei. Fuit enim donum festinationis per festinam conuersionem. Donator per salubre predicationem. Magnus deo per uite perfectionem. Manus dei per euangelii conscriptionem. Leui interpretatur assumptus uel applicatus siue additus. Fuit enim assumptus ab exactione uectigalium. Applicatus numero apostolorum. Additus consortio euangelistarum et apostolorum cathalogo martirum. Matheus apostolus in ethiopia predicans in ciuitate que Nagdaber duos magos nomine Zaroes et Arphaxat reperit qui ita homines